



**Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta  
Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvtatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Quid sit fides.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](#)

brutis est estimatio naturalis. & ideo ipsa est unius  
falis ratio, quæ est in parte intellectua propter si-  
militudinem operationis, a cogitatione nominatur.

## ARTICULUS II:

Quidnam sit Fides.

**S**ECUNDО queritur, quid sit fides, & dicit Apostolus. Heb. 1. quod est substantia rerum sperandarum argumentum non apparentium. & uidetur quod male dicat, quia nulla qualitas est substantia: fides est qualitas, cum sit uirtus, quæ est bona qualitas mentis &c. ergo fides non est substantia.

**T**2 Præt. Est spirituale superadditum ad esse naturale, & est perfectio eius. Vnde & debet ei esse simile, sed in esse naturali hominis substantia esse dicunt ipsa essentia animæ, que est actus primus, non autem potentia, quæ est principium actus secundi. ergo etiam in esse spirituali non debet dici essentia ipsa fides, uel aliqua uirtus, que est proximum operationis principium, unde & potentiam perficit: sed magis gratia a qua est ipsum esse spirituale, sicut ab actu primo, & quæ ipsam essentiam animæ perficit. Sed dicendum, quod fides est substantia, inquantu est prima inter alias uirtutes.

**T**3 Sed contra, uirtutes considerantur tripliciter, scilicet quantum ad habitus, quantum ad obiecta, & quantum ad potentias. sed quantum ad habitus fides non est alius prior, non n. haec definitio uidetur de fide nisi secundum quod est formata, sic n. solumentum fundamentum est, ut Aug. dicit, habitus autem gratuiti omnes simili insinuatur. similiter nec quantum ad obiecta fides prior est videtur alii, non enim fides magis tendit in ipsum verum, quod uidetur proprium eius obiectum, quæ charitas in summum bonum, uel spes in summum arduum, vel in summam Dei liberalitatem: similiter nec quantum ad potentias: quia omnis uirtus gratuita uidetur respicere affectum. ergo fides nullo modo est alius prior, & sic non debet dici aliarum fundamentum, vel substantia.

**T**4 Præt. Res sperandæ magis subsistunt in nobis per charitatem, quæ m. per fidem. ergo hec definitione magis videretur conuenire charitati, quæ fidei.

**T**5 Præt. Cum spes generet ex fide, vt patet in glo. Mat. p. Cū fides in eius definitione ponat: spes autem ponitur in definitione rei speranda. si ergo res speranda ponitur in definitione fidei, erit circulus in definitionibus, quod est inconveniens; quia sic erit aliquid prius & notius scipio. continet enim idem in definitione suipiusponi definitionibus loco nominum acceptis, contingit etiam definitiones esse infinitas.

**T**6 Præt. Diuersorum habituum diuersa sunt obiecta, sed uirtutes theologica idem habent pro fine & obiecto. ergo in uirtutibus theologicis oportet quod diuersarum uirtutum sint diuersi fines res speranda est proprius finis spes. ergo non debet in definitione fidei ponari, neque ut finis, neque ut obiectum.

**T**7 Præt. Fides magis perficit per charitatem, quæ per spem; unde & per charitatem formari dicitur. ergo in definitione fidei magis debet ponari obiectum charitatis quod est bonum vel diligendum, quam obiectum spes, quod est res speranda.

**T**8 Præt. Fides præcisè respicit ipsos articulos; sed articuli non oes ptnet ad res sperandas; sed solu uetus vel duo. scilicet resurrectione & uitæ eternæ. non ergo res sperada in definitione fidei ponari debuit.

**T**9 Præt. Argumentum est actus rationis; sed fides est coru-

A quæ sunt supra rationem. ergo non debet dici arguim.

**T**10 Præt. In anima est duplex motus. scilicet ad animam, & ab anima. In motu autem ad animam est principium extrinsecum: in motu autem ab anima intrinsecum; sed non potest esse idem intrinsecum, & extrinsecum principium. ergo non potest esse principium affectionis, & cogitationis. ergo in definitione fidei inconvenienter ponitur aliquid pertinens ad affectionem. scilicet substantia rerum sperandarum, & aliqd pertinens ad cognitionem. scilicet argumentum &c.

**T**11 Præt. Vnus habitus non potest diversari eodem potentiari: sed affectiva & intellectiva sunt diversae potencies. Cū ergo fides sit unus habitus, non potest ad cognitionem & affectionem pertinere, & sic idem quod prior. **T**12 Præt. Vnus habitus unus est actus. Cū ergo in definitione fidei ponant duo actus. scilicet facere res sperandas substatere in nobis, item quem actum est substantia rerum sperandarum, & arguere mentem, secundum quem dicitur argumentum non apparentium, uidetur quod non conuenienter defensatur.

**T**13 Præt. In intellectu est prior affectus: sed hoc quod est substantia &c. pertinet ad affectum: quod vero subiungitur argumentum &c. pertinet ad intellectum. ergo male ordinantur partes descriptionis predicatae.

**T**14 Præt. Argumentum dicitur quod arguit mentem ad assentendum aliqui: sed mens arguitur ad

**C**assentendum aliquibus ex hoc quod illa sunt ei apparetia. ergo uidetur esse oppositio in adiecto, cum dicitur argumentum &c.

**T**15 Præt. Fides cognitione quadrata est; sed oes cognitione f. in aliqd apparet cognoscendi, tam n. in sensu quam in intellectu cognitione aliqd apparet. ergo inconvenienter est, quod fides sit non apparentium.

**R**ESPON. Dicendum, quod f. in quodam Apoll. per hanc definitionem non intendit ostendere quid sit fides: sed quid faciat fides. Videtur autem potius esse dicendum, quod fidei notificatio sit completestissima eius definitione, non ita quod sit f. debitam formam definitionis tradita: sed quia in ea sufficienter tanguntur omnia, quæ exiguntur ad fidei definitionem. Quisque n. ipsi philosophis sufficit tangere principia syllogismorum & definitionum, quibus habitus non est difficile in formas reducere f. in artis doctrinam. Huius autem signum est ex tribus. primo ex hoc quod omnia principia, ex quibus est fidei dependet, in hac definitione tanguntur. Cū in corp. ar. enim dispositio creditis, vt supra dictum est, ratis sit, quod intellectus determinetur ad aliqd per voluntatem, uoluntas autem nihil facit, nisi secundum quod est mota per suum obiectum, quod est bonum appetibile & finis, requiritur ad finem duplex principium. Vnum principium, quod est bonum mouens voluntatem, & secundum id, cui in intellectu assentit voluntate faciente. Est autem duplex hominis bonum ultimum, quod primo voluntatem mouet, quasi ultimus finis. Quorū unum est proportionatum naturæ humanae, quia ad ipsum obtinendum uires naturales sufficiunt. & haec est felicitas de qua philosophi locuti sunt, uel cōtempnatiua quæ consistit in actu sapientiae, uel actua quæ consistit primo in actu prudenter, & cōsequenter in actibus aliarum uirtutum moralium. Aliud est bonum hominis naturæ humanae proportionem excedens, quia ad ipsum obtinendum uites naturales non sufficiunt, nec ad cogitandum uel desiderandum: sed ea sola diuina liberalitate homini repro-

Quest. dis. S. Tho. CCC 4 mittitur

QVÆST. XIIII. DE FIDE, ART. II.

mititur 1. Cor. 2. Oculus non vidit Deus, absque te, &c. & hoc est uita eterna. & ex hoc bono uoluntas in clinatur ad absentem dum his, quæ per fidem tenet. Vñ loa. 6. dñ. Qui videt filium & credit in eum, habet vitam æternam. Nihil aut pōt ordinari in aliquem finem, nisi præexistat in ipso quædam proportio ad finem ex qua proueniat in ipso desideriū finis. & hoc est fōr quod aliqua inchoatio finis sit in ipso: quia nihil appetit, nisi inquantu appetit aliquam illius similitudinem, & inde est quod in ipsa natura humana est quædam inchoatio ipsius boni, quod est naturæ proportionatum, præexistunt enim in ipso naturaliter principia demonstracionum per se nota, quæ sunt semina quædam sapientiae, & principia quædam iuris naturalis, quæ sunt semina quædam virtutum moralium. Vnde oportet etiam quod ad hoc, quod homo ordinetur in bonum uitæ eternæ, quod quædam inchoatio ipsius fiat in eo cui re promittitur, uita aut eterna cōsistit in plena Dei cognitione, ut patet loa. 17. Hæc est uita eterna, &c. Vnde oportet huiusmodi cognitionis supernaturalis aliquam inchoationem in nobis fieri, & hæc est p fidem, quæ ea tenet ex insufo lumine, quæ naturaliter cognitione excedunt. Cōsuevit aut in totis qua h̄is partes ordinatas, prima pars i qua est totius inchoatio, dicitur totius substantia, ut fundamentum domus, & carina nauis. Vñ & philos. dicit in u. Meta. quod si ens esset unū totum, prima pars eius esset substantia, & sic fides inquantu est in nobis inchoatio quæda uitæ eternæ, quam ex diuina re promissione speramus, dicitur substantia rerum sperandarum, & sic in hoc tangitur comparatio fidei ad bonū quod mouet uoluntatem determinantem intellectū: uoluntas autem a bono prædicto pponit aliquid intellectui non apparen, ut dignum cui absentatur, & sic determinat ipsum ad illud non apparen, vt. ei absentiat. Sicut igitur intelligibile quod est uisum ab intellectu, determinat intellectum, & ex hoc dī men tem argueret; ita et aliquid non apparen intellectu qui determinat ipsum, & arguit necessario ex hoc ipso quod est a uoluntate acceptatum, ut cui absentiat, unde fōr in alia litera dicitur conuictio: quæ conuincit intellectum mō prædicto. & ita in hoc quod dicitur argumentum non apparentium, tangitur comparatio fidei ad id cui absent intellectus? Sic ergo habemus fidei materiam, sive obiectum in hoc, quod dicit non apparentium, actum in hoc quod dicit argumentum, ordinem ad finē in hoc quod dicit substantia rerum sperandarum. Ex actu autem datur intelligi et genus. s. habitus, qui per actum cognoscitur, & subiectum. s. mens, nec plura requiruntur ad alicuius virtutis definitionem, vñ de facile est fōr in dictam definitionem artificialiter formare, vt dicamus quod fides est habitus m̄tis, quæ inchoatur uita eterna in nobis, faciens intellectum non apparenibus absentire. Secundum signum est, quod per hanc definitionem distinguuntur fides ab omnibus aliis: per hoc autem quod dicitur non apparentium, distinguuntur fides a scientia & intellectu: per hoc autem quod dicitur argumentum, distinguuntur ab opinione & dubitatione, in quibus mens non arguitur, id est non determinatur ad ali quid unum, & similiter ab omnibus habitibus qui non sunt cognitiuum: per hoc autem quod dicitur substantia rerum sperandarum, distinguuntur a fide communiter accepta, secundum quam credere dicimus id, quod vñemēter opinamur. s. vel testimonio alicuius hominis, & iterum a prudentia,

F & ab aliis habitibus cognitiuus qui non ordinari ad res sperandas: vel si ordinatur, non sit per eos propria inchoatio rerum sperandarum in nobis. Tertium non poterit aliter definire, nisi vel ponendo ratione definitionem sub alijs uerbis, vel aliquam parvius, quod n. dicit Damas. fides est eorum quæ sive uoluntur ypoſtaſis, & redargit corum quæ non vñ, ex preſte patet idem est cu hoc quod Apolo. dicit: led quod Damas ulterius addit indistabilis, & iniudicabilis ipses eorum quæ nobis Deo annuntiata sunt, & petitionum nostrarum funditus, est quæda explicatio eius quod dixerat ipsarum substantia. R. es. n. speranda principia sunt præmia nobis diuinitus promissa, & secundum quæcunq; alia a Deo petimus ad haec collata, de quib. habetur per fidem certa spes quæcunq; deficere. & pp hoc dicitur indistabilis. Nec p me reprobandi tanquam uana, & propter hoc d' inindicabilis. Quod uero Aug. dicit quod fides est uirtus qua credunt, quæ non uidetur, & quod iterum Dam. fides est nō inquisitus contentus, qd dicit Hugo de S. Victore, fides est certitudine quædam animi de absentibus supra opinionem & infra sciā, id est ei qd Apo. dicit argumentum non apparentium. Dī. n. infra sciam, quia non est uincit sicut sciam, qn̄is ita firmam adhesionem. Supra opinionem tñ dī, pp firmatus alesius & in sciam, fr̄a scientiam d' inquantum est non apparentium, supra opinionem inquantum est argumentum. De aliis autem patet per prædicta. Quidam dicit Dion. 7. c. de no. fides est manus credentis fundamentum collocans eos in ueritate & in exortatem, idem est ei qd dī ab Apostoli substantia terci sperandarum. Cognitione. n. ueritatis est fides, cum beatitudo nihil aliud sit, quam gloriam de ueritate, ut dicit Aug. in lib. Confessionum.

H AD PRIMVM Dicendum, quod fides dicitur substantia, non quia sit in genere substantia, sed per quandam similitudinem substantia, inquantum s. est prima inchoatio, & a fundatione quædam qualis totius spiritualis uitæ, sicut substantia est fundamentum omnium entitatis.

AD II. Dicendum, qd fides intendit copare fide nō ad ea q̄ sunt intus, sed ad ea q̄ sūt extra. Quibus autem essentia ī, in esse naturaliter primus & substantia respectu potentiarum & habituum & omnium consequentium quæ insunt, non tñ in esse ita inuenitur habitudo ad res exterioreas ipsæ, & similiter nec in gratia fed in mūte, & primo in fide, vnde nō potuit dici, quod gratia est substantia rerum sperandarum, sed hoc.

AD III. dicendum, quod fides præcedit alias virtutes, & ex parte obiecti, & ex parte parenti, non ex parte habitus. Ex parte quidem obiecti, non operat hoc quod ipsa magis tñdat in suum obiectum quam aliae virtutes in suum obiectum: sed quia suum obiectum naturaliter primo mouet quam obiectum charitatis & aliarum in uitium, qd paret quia bonū numquā mouet appetitum nisi intellectū, vt dī in 3. de Anima: sed uerum ad hoc quod moueat intellectū non indiget aliquid innotescit. & inde est qd actus fidei naturaliter est prior quæ actus charitatis, & similiter est habitus quam paret sit simul, cu fides est formata, & cædere non potest. Tertia cognititia est naturaliter priore quæ actus fidei est. Fides aut est incognitiva, & patet ex hoc, qd prius obiectum fidei est uerū, nō ac donum sed quod om̄is h̄c cōplementum in uolitate, vt infra dicim-

In arg. I.

**A**d iiii. dicendum, quod patet iam ex dictis, quod prima inchoatio rerum sperandarum non sit in nobis per charitatem, sed per fidem: nec etiā charitas est argumētum, unde hac descriptio nullo modo ei competit.

**A**d v. dicendum, quod quia illud bonū quod inclinat ad fidem, excedit rationem, ideo est innotescit, & ideo p. quandā circunlocutionē loco cuius posuit rem sperandam, quod frequenter in definitionibus accidit.

**A**d vi. dicendum, quod quilibet potentia habet aliquem finem, qui est bonum ipsius: non ramen quilibet potentia respicit ad rationem finis vel boni, ut bonum est, sed sola voluntas. Et inde est quod voluntas mouet omnes alias vires, quia ex finis intentione inchoatur omnis motus; licet ergo verum sit finis fidei, tamen uerum non dicit rationem finis, unde non debuit ponи quasi finis fidei: sed aliquid pertinet ad affectum.

**A**d vii. dicendum, quod res diligenda potest esse præfēta, & ab sensu: sed res speranda non est nisi absens. Rom. 8. Quod enim videt quis quid sperat, unde cum fides sit de absentibus, eius finis magis exprimitur proprie per rem sperandam quam per rem diligendam.

**A**d viii. dicendum, quod articulus est qualiter materia fidei. Res autem speranda non ponitur, ut, ma teria: sed ut finis, unde ratio non sequitur.

**A**d ix. dicendum, quod argumentum multipliciter dicitur. Quandoque enim significat ipsum actum rationis discurrentis de principiis in conclusiones. Et quia tota vis argumenti consistit in medio termino, ideo etiam quandoque medius terminus dicitur argumentum. Et inde etiam quod librorum proemia argumenta uocantur, in quib. est quādam plibatō brevis totius opis sequentis. Et quia per argumentum aliquid manifestatur, & prius opūlū manifestacionis est lumen ipsum, quo aliquid cognoscitur, potest dici argumentum. Et his quatuor modis fides potest dici argumentū. Primo quidem mō, in quantum ratio assentit alicui ex hoc quod est a Deo dictum, & sic ex auctoritate dentis efficitur assensus incredēte: quia etiam in dialecticis aliquid argumentum ab auctoritate sumitur. Secundo uero modo dicitur argumentū non apparetū, in quantum fides fideliū est medium ad probandum non apparentia esse, vel in quantum fides patrum est nobis medium inducens ad credendum, vel in quantum fides unius articuli est medium ad fidem alterius, sicut resurrecio Christi ad resurrectionem generalem, ut patet primus Corinth. 16. Tertio vero, in quantum fides est quādam prælibatio brevis cognitionis, quam in futuro habebimus. Quarto vero modo, quantum ad ipsum lumen fidei, per quod credibili cognoscuntur. Dicitur autem fides suora rationem esse, & quod nullus actus rationis sit in fide: sed quia fidei ratio non potest perducere ad videntem ea quae sunt fidei.

**A**d x. dicendum, quod actus fidei essentialiter consistit in cognitione, & ibi est eius perfectio quantum ad formam uel ipsēm. Quod patet ex obiecto ut dictum est. Sed quantum ad finem perficit in affectione: quia ex charitate hēt, quod sit meritoria finis. Inchoatio ēt fidei est in affectione, in quantum voluntas determinat intellectum ad assentientēdum his, q. sunt fidei. Sed illa uoluntas nec est actus charitatis, nec spei: sed qdā appetitus boni reponit. Et sic patet, q. fides nō est in duab. potētis, sicut

A in subiecto. Unde patet responsio ad undecimū.

**A**d xi. Dicendum, q. in hoc quod dicitur substantia termini sperandarum non tangitur actus fidei: sed solum relatio in finem. Actus autem eius tangitur per comparationem ad obiectum in hoc, qd dicitur argumentum non apparentium.

**A**d xii. Dicendum, quod illud cui assentit intellectus, non mouet intellectum ex propria uirtute: sed ex inclinatione uoluntatis. unde bonum quod mouet affectum, sicut habet in actu fidei, sicut primum mouens: id autem cui intellectus assentit sicut mouens motum. Et ideo primo ponitur in definitione fidei comparatio eius ad bonum affectus, quam ad proprium obiectum.

**A**d xiii. Dicendum, quod fides non conuincit, siue arguit mentē ex rei evidentiā, sed ex inclinazione voluntatis, ut dictum est, vñ rō nō sequit. In corp. art.

**A**d xv. Dicendum, quod cognitione duo potest importare, scilicet rationē & assentimē, & quādam ad uisionem contra fidem distinguitur. Unde Greg. dicit quod uisū non habent fidem, sed cognitionē: dicuntur autem uideri secundum Aug. in li. de Videndo Deum, que præsto sunt sensus uel intellectus. Intellectui autem præsto est dicuntur, q. eius capacitatē non excedunt. Sed quantum ad certitudinem assentius, fides est cognitione ratione cuius potest dici scientia & uisus, sicut illud i. Cor. 13: videmus nunc per speculum &c. Et hoc est qd Aug. dicit in li. de Videndo Deum. Si scire non inconvenienter dicimus illud quod certissimum credimus, hinc est, ut credita recte, & si nō adiuat sensibus nostris, uidere mente dicamus.

#### ARTICULUS III.

Vtrum fides sit uirtus.

**T**ERTIO queritur, vtrum fides sit uirtus. Et videtur quod non. Virtus enim cōtra cognitionem diuiditur: unde scientia & uirtus ponuntur diuera genera, ut patet in 4. Topic. sed fides continetur sub cognitione, ergo non est uirtus. Sed dicendum, quod sicut ignorantia est uitium ex hoc quod causatur ex aliqua negligētia sciendi: ita fides est uirtus ex hoc, quod in uoluntate credentis consistit.

**¶ 2** Sed contra, ex hoc solo quod ex culpa causat, non potest aliquid rationē culpæ habere, alias potest in quantum huiusmodi rationē culpæ habere, ergo nec ignorantia potest dici uitium ex hoc, quod ex uirio negligētia oritur. ergo eadem ratione nec fides per hoc, quod consequitur uoluntatem, potest dici uirtus.

**¶ 3** Præ. Virtus dicitur per comparationem ad bonum, virtus enim est qua bonum facit habentem, & opus eius bonū reddit, ut dicitur in 2. Ethic. sed fidei obiectum est verum, non autem bonum, ergo fides non est virtus. Sed dicendum quod nem̄, quod est obiectum fidei est primum verū, quod etiam est summum bonum, & sic fides habet rationem uirtutis.

**¶ 4** Sed contra, distinctione habituum, & actuum attendit penes distinctionem obiectorum formalem, non autem materiale, alias minus & auditus essent eadem potentie, quia contingit esse idē audibile, & visibile: sed quāmuis sit idē re id, qd est bonum, & id quod est verum, alia causa est rō veri, & alia boni formaliter, ergo habitus qui tendit in uerum secundum rationem veri distinguunt ab habitu qui intendit in bonum secundum rationem boni, & sic fides a uirtute distinguuntur.

**¶ 5** Præ. In codem genere sunt mediū, & extrema,

D. 610.

Epif. 113. a  
me. illus 10.

cap. v. circa  
princ. 10. 1.

c. 6. in prin.  
10. 5.